

Nr. 270

A 700

20 Leichpredigten

Ante der Waisen

einjahr eingesungen

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20



In hoc Volumine continetur

Conciones funebres

| | Annus | Textus | Autores |
|---|-------|--------------------|--|
| 1. Obit. L. Levin Ludolf, Alvensleben Direct. | 1702 | Eja. 56 v. 12 | Georg Schumacher P. Zickow |
| 2. L. Gebhard Johann, Alvensleben Landr. | 1700 | 2. T. 7 - v. 17-18 | M. Christoph Müller P. Erxleb. |
| 3. fr. Augustian, Christian, Alv. conjugis l. | 1691 | Joh. XI. v. 25-26 | Idem. |
| 4. Jochem von Alvensleben filii | 1679 | Sap. 4 v. 13-14 | Mart. Jorgensang |
| 5. Agnes Christian, Alvensleben filia | 1692 | Sap. 4 v. 7-14 | M. Chris. Müller |
| 6. fr. Ursula Cathar, Mandelsloh coni. II. | 1696 | 1 Joh. 3. 2 | Idem |
| 7. K. Stephan Berno von Arnim filii | 1699 | Pf. 116 v. 7 | Honr. Schumacher |
| 8. fr. Elisabeth Maria, Bismark | 1677 | Pf. 126 v. 5-6 | Pap. Zickow Simon Stolle P. Trebflensis |
| 9. K. Hans von Duskau mariti | 1676 | 1 Cor. 15 v. 19 | Idem |
| 10. K. Carl Lunge von Friesen & Hoff. Hof. Etats Rath | 1686 | Sap. 3 v. 9 | D. Jan. Bened Lapprov. Elias Brauns dorf. P. zu Rotau N. Joh. Samuel Ladner P. zu 167 |
| 11. K. Henrich Gotschalks von Frankentum al. Bayern & Landesh. Raths Rath | 1676 | 1. Macc. 9 v. 10 | M. Chris. Breithard P. zu Oestern |
| 12. fr. Dorothee, Elisabeth von Kisleben von v. Schenk | 1724 | Pf. 73 v. 23-24 | Jac. Joh. Perhus P. zu Flechtin gen. |
| 13. fr. Godul, von dem Knefbeck v. Hoff. von Jagore | 1679 | Pf. 116 v. 1-89 | M. Joh. Heier Seldt P. zu Grüden |
| 14. fr. Frediche Sophia von Möllendorff | 1698 | 2. Cor. 4 v. 11-18 | Joach. Heier Winckler P. zu Schöndorff |
| 15. George Friderich von Bismark filii | 1696 | Sap. 7 v. 7-14 | Idem. |
| 16. Catharian Eleonor, von Navin v. Hof. von Jena | 1706 | M. 94 v. 16 | Jach. Henke Luis Hof. zu Magdeburg |

| | | | | |
|----|--|------|---------------------------------------|--|
| 17 | In ob. Stephan George Gans Feldm. zu Putlitz | 1687 | Pf. 94 v. 19 | Acher Leop. Schmidt D. zu Witten berge. |
| 18 | fr. Agnesen Helianus graf. von Sellicben nun von Kameken | 1705 | Apocal. 21. v. 7 2 Pf. 31. v. 7 | Christoff George Wau man. |
| 19 | Joachimi Schultzei von Unfried | 1705 | Gen. XV v. 15. | Carl Conrad Stichenbach Litt. Hand. |
| 20 | fr. Jofede Marg. Wachman nun von Cronau nun von Reck | 1700 | Pf. XVII v. 15 | Conr. Stum fils. Wapp. für Litt. Hand. |



EXTREMI HONORES,
HEROI in Toga penitus INCOMPARAB.

C A R O L O,
L. B. de FRISEN,

Röthav. Cottæ, Geschwitzii & Ru-
benæ DYNAST.

SERENISS. SAXON. ELECT.

à Confiliis Sanctior. Proto-Synedr. Ecclef.
Nec non Supr. Lipf. Curiaë

PRÆSIDI ILLUSTRISS. ACA-
DEMIÆ WITTEBERGENSIS

Nomine ac Autoritate

Decenter perfoluti, Die

C A R O L O M A G N O I M P E R.

Aliàs Emortuali atq; Sacro,

Reliosè consecrati, Anno cLo lvc XXXVII.

à
G E O R G I O C A S P. K I R C H M A J E R O.

D R E S D Æ,
L I T E R I S B E R G E N I A N I S.



MAUSOLEUM. FRISIANUM.
SYMBOLIS. HEROICIS. INSIGNE.
PHOEBO. JUBENTE. AC. LUGENTE.
MOLIRI. DEBUI.

PARNASSUS.

FASTIGIO. PYRAMIDIS. TUBICINA.
INSIDENTE. FAMA.

ADDERE. EMBLEMATA. INSOLITIS.
VOLEBAT. PROPRIA.

APELLES. DEFUIT. DEBUI. LYSIPPUS.
VENTUM. AD. PYRGOTELEN.

LITERARIUM. ATLANTEM.

CAROLUM. BAR. FRISIUM.

ECQVIS. PRO. MERITIS. LAUDAVERIT.
MOERENTIBUS. INPRIMIS.

AULA. ARIS. ACADEMIIS. CURIIS.
EXEDRIS.

NULLIS. ET ENIM. SEPULCRUM.
EJUS. INDEFLETUM.

Nos etiam ad Salices suspendimus organa nostra:
Dum cadit alta Fagus, Chaoniumque nemus,
Populus in fluviis, Abies in montibus altis
Plorat in immensum: *Libana Cedrus abest!*
Eminet ut Cedrus, Palmarum cincta coronâ;
Sic inter Proceres gloria FRISIACA.

GENUS atque STIRPS

Si ex condigno debeat laudari,
In multa retrò secula eundum,
Migrandæq; leges forent solitæ

ELOGII SEPULCRALIS.

Detur tamen, TACITO * loquente,

Illustum Virorum hoc Posteritati, ut, quomodo

Exequiis à promiscua sepultura separantur,

Ita in traditione supremor. accipiant habeantq;

PROPRIAM MEMORIAM.

Multos, ante ævum, à Servatore nato, tertium ac X.

Ex Helvetiæ RAURACIS, Rheni accolis,

** Quantumvis Nobiles, inglorios obruit oblivio;

In Variscorum Mysorumque oras

FRISII qui commigrârunt postea,

HENRICUS maximè superstitat ad famam;

MARCHIONI BRANDENBURG. JOHANNI

Carus habitus ac rarus;

Qvi

* *Tacit. Annal. XVI, 16. 3.* ** *Idem in Agric. extremo.*

Qvi ANNO M. CC. LXXII. ad
FRIDERIC. FORT. MARCHION. MISNIÆ
Equeſtria traduxit Decora,

Virtutum tot Miracula, quot Majores.

Natus eſt Röhaviæ, in Arce gentilitia.

CAROLUS, ANN. clō Ibc XIX. III. Eid. Mal.
Patre HENRICO, LIB. BAR. Heroë Per-Illuſtri,
SAX. ELECT. in Conſilio ſanctiori Senatore,
Cancellorumq̄ve & in Summ. Senatu provocat. Præſide;
Avum coluit ſupremum *Aule Altenburgic.* Magiſtrum,
Qvem in commune *Mareſchallum* nominant,
CAROLUM, Röhaviæ Cauræq̄ve Dominum.

Sile mendax Græcia!

Qvæ tot confixiſti Numina, quot nomina,
Herculis Ophiuchi, Theſei, Orionis, Perſei, Erichthonii,
Ex non rectè intellectâ immortalitate animarum;
Cælo Zelo intuliſti ſtolido.

In FRIS. Proav. ad Tritavos & ampliùs invenies
HENRICOS, CAROLOS, STEPHANOS, Paterno,
EINSIDELIOS, ENDIOS, BUNAVIOS, HAUBITZIOS,
Materno ſangvine prognatos:
Sed quis ſingulos enumeraret?

GENIUS repræſentandus FRISIUS.

* Nulla eſt Nobilitas, qvæ ſolo nixa ſtemmate,
Præpoſitæ Virtutis numero non gaudet.

Majorum, Patris, Fratris, tripertitam
Unus in ſe integravit gloriam;

Equeſtrium, Liberalium, Senatoriarum Artium.
Abſolutiſſimum ſpectaculum.

Timotheus Cononis famam obfuſcaſſe dicitur;
LUX CAROLI abſorpsit Sidera Progenitorum:

Annos ingenio, ætatem animo antevertebat,
Similis Granato malo, qvæ tenerrimè oblectat,

Vernali pariter & auctumnali tempeſtate poma exhibens.

STUDIA ſeqvuntur ac ITINERA.

Anniculum, & bimum, & trimum Cedrus fructum fert:
Ardorem pietatis, civilitatis, atqve Literarum

Puer prodidit:

Lucani ore ſtimulos dedit æmula Virtus.

Adoleſcens XVI. annorum aſſecta Parentis Magni,
Oratoris propter Thalamos Auguſtos miſſi,

Iter Danicum ingreſſus, redux

Wittebergæ ſtudiorum cauſâ ſubſtitit,

Intentus eloqvendi, ſub *Buchnero*, artibus,

Ludeco formatore uſus optimo.

Adoleſcentiam florentem feriatam.

Inter ludicra traducunt multi ex Nobilitate;

CAROLUS exemplum omnibus reliquit FRISIUS:

A Juvenili tyrocinio, ingentia emeriturus decora,

Inclytas ſuorum laudes propriâ nobilitaverat virtute,

Leucori invitus valedixit poſt biennium,

** Digreſſus, propter Martis atq; Mortis metum, alio.

A 2

Leg-

* o. ** Anno 1637.

Legationi, ad Augustum Cæsarem, Pragenſi
Ann. clō Ibc XXXIIX. adhæſit comes:

Hinc Italiae amœnitates veterumq̄ve monumenta vidit;
Q̄vicquid *Venetorum* gravitas, deliciae *Florentinorum*,
Religioſi cultus *Roma*, *Neapolitane* opes oſtentârunt,
Lumine prudenti potiùs, q̄vàm curioſo perluftravit;
Nunq̄vàm aliorum vitiis, aut divitiis corruptus.
In itineribus non tam Palatia & machinas ſtupendas,
Q̄vàm Viros Celeberrimos, Reſp. civiles artes,

Mores hominum,

In urbe Orbis olim domina.

Non temporum ludibria, exesas ſtatuas, ſubſtructiones,
Obeliſcos, fornices, cadaverum reliq̄vias admirabatur;
Heroas, Sapientes, Doctos, inelytos ſuſpiciebat.

Reverſus per Mediolanenſ. ditionem atq̄ve Tyrolenſem,
Ratiſponæ morabatur in Comitiiſ, nec diu poſt
Ad Batavos excurrere, & ad hos ex Gallia recurrere,
Gloriari meliore, q̄vàm Ulyſſes, fide poterat,

Q̄vòδ πολλῶν ἀστῆρα, καὶ νόον ἔγρησ.

MUNIORUM hinc enata FELICISSIMA
AUSPICIA.

Q̄vàm Soli proprium lucere, tam domesticum
FRISIIS excellere:

Dos tamen illi planè ſingularis fuit,
Facilitate Gravitate temperare.

Hanc à dexteritate ſuâ commendationem obtinebat,
Ut è Belgio, à divo Patre revocatus, ad Gottorp. Aulam,
Cimbriæ ſe DUCI FRIDERICO mox probaret:

Dignus nempe judicatus, uti

Juventutis PRINCIPES regimini ipſius crederentur.

Pietatem ac ſolicitudinem, q̄vi ſimul aderat,
Amabat, æſtimabat CAROLI

DUX ſui nominis, *Palatinus-Sultzbacenſis*,

Verè CHRISTIANUS AUGUSTUS animo:

Hic eò, propter ordinandas publicas res, amandatum
Legeret, moderaturum omnia mox Adminiſtrum.
Afflictiſſimus illarum Regionum, iſto tempore inprimis,
(Seu divina, ſeu humana ſpectes,) ſtatuſ

Alium non repoſcebat, nec ferebat, Palinurum,
Niſi cœlitùs conceſſum FRISIUM.

MAGNIFICA conſideremus GESTA.

Tanta & feliciter ſuſcepit, & velociter abſolvit,
Ut geſtorum numerus vel fidei obſtare videatur.

Aulæ, Religionis, Juſtitia, ac Camera negotiis
Conſilio, providentiâ, vi eloq̄vendi, & labore inexhauſto
Præfuit & profuit, in tantum, ut

Promeretur Sapientis PRINCIPIS applauſum,

Dum Heroico affectu admiratus CAROLUM,

Et de eo Sibi pariter ac ſuis gratulatus eſt.

Herculeum nimirum, id eſt, conclamatum opus,

Libertatem in Eccleſiaſticis Civilibuſq̄ve,

Numine omninò fretus, reſtitutam,

Orator

Orator ad momenta Pacis *Osnabrugam* missus
Palatinatui Superiori comparabat.

Intercolumnaribus ornemus spacia hæc peristyliis:

* Arbor uti mediis, avibus gratissima, campis,
Cujus apex summi contingit sidera Coeli,
Et radix de fonte bibit, sacrisqve fluentis
Expandit satiata comas, & nubila supra est:
FRISIUS ex æquo Quercus sublimis in agro
Dona Ducum gestat, sacrataqve munera promit.
Non hyemes illam terrent, non flabra, nec imbres
Dejicient; immota manet, ridetqve ruinas,
Servati Civis referens insignia, Quercus.

Non igitur angustiis amplius includi potuit limitibus,
Virtus *FRISIA*; candidior fulgebat,
Velut Carbasus Amiantina inter flammæ.

SAXO Potentissimus ELECTOR primum Cameræ,
Principatus Hennebergici mox gubernaculo Vicarium,
Post deinde intimo Senatui inauguravit Virum,
Et gravissimis Imperii negotiis adhibuit;
Transactis Saxonie Augustæ ac Ducalis,
Imperatorie Electioni celebratæ Francof.

{Supremæ rei Censuralis } moderamini,
{Summoq; in Ecclesiastico Senatu }
(Sanctissime huc usq; gesto,)

Pactis ex voto Regiis in Dania Sponsalibus,
Et consummatis Thalami splendore;
Successioni Altenburgici Ducatus controversæ;
Compendendis inter *ELECT. BRANDENBURG.*
Et *BRUNSVICENS. DUC.* tunc diffidiis;

Supremæ in justitiæ rebus Lipsienf. Curie,
Integritate pari atqve providentia administratis.
Quanta hæc, quàmqve ardua fuerunt Reip. momenta!
Ut, in unum cadere mortalem posse, dubites.

Extendit Noster ævi spacium gestorum granditate:
Senatoriâ donatus purpurâ non maculavit hanc
Iniquitate publicâ, vel avaritiâ;
Illis quoqve in officiis amorem consecutus est,
In quibus difficulter odium vitari potest.

Ars magna oppidò haberi debet,
Jura Principum tueri, sine privatorum lacrimis.
Assiduus in penetralibus Deorum horum
Amorem cum utilitate Patriæ conjunxit;
In ferocientis seculi periculis,

Sub *TRIBUS ELECTORIBUS* Clarissimus:
Religionis Orthodoxæ puritatem,
Jusqve fasqve defendit;

Academiarum & provincialium Scholarum
Semper præsentissimus Mæcenas,
Debellavit rem & vocem *Pennalisini* horridam.
Sanctitatem vitæ proprio exemplo vindicavit,
Humanissime excepit Eruditos hospites
Alloquio, conviviiis, muneribus:

B

* *Corippus* in laudib. *Anastas. & Justinian.*

Ille

*Ille DEO similis, penitus, quicumq; Camænas
Diligit, ac animo fertq; refertq; suo.*

Sideribus Elogium hoc intulit;

Quod vivens, tot Doctorum voluminibus dicatis, legit
Triumphans inter Cœlites.

Cavendum nobis ideo, ne, quam summo perè amavit

FRISIUS modestiam, vincamus titulis verbisq;

FATA potiùs PRIVATA venerabimur.

In *Demosthene* ac *Epaninonda* memorat politus Scriptor:

Unum hominem plùs totà Civitate posse.

Judicet Posteritas, quid meritis sit Noster?

Dum, ut Reipublicæ post Fata etiam prodesset,

Liberos oppignoravit Patriæ, Epaninondas nullos.

Suscepit X. Nepotes atq; Neptes vidit XXX.

Testis Vidua desolatissima, Virago Per-illustris olim,

DOMINA JUSTINA SOPHIA, LIB. BARONISSA,

Generoso creta Stemmata **RABO-STIGENSI,**

Ex Nobilitate Megapolitana;

Hanc in Gottorpiensi Hofator. Ducum Aula,

* *Deiopejam*, Nympham tunc pulcherrimam,

Connubio junxit stabili, propriamq; dicavit,

Longos ut secum pactis pro talibus annos

Exigat, & pulchrâ faciat se prole parentem,

Fecit, indulgentiâ cœlesti secundante,

Immo fœcundante.

Filiorum natu maximus, **DN. CHRISTIAN. AUGUST.**

S. Cæs. Maj. Saxonixque **ELECT.** à consiliis,

Quæstur. Haynens. Præses & Præpositus Ecclesiæ

Ingen. Misens. Canonic. Magdeburg. quondam;

Duo juniores alii, Naturæ ordine turbato,

Dudum concessere Fatis;

Totidem supersunt, in solatium decusq; Domûs inclytæ,

DN. CAROLUS, in Legione Danica Vicarius supremus,

DN. OTTO HENRICUS, culminis Paterni hæres feliciss.

Senator Aulicus in Justitiæ ac Appellationum Consiliis
Electoralibus, & ad Comitata Imperii Excellentiss. Legatus;

Filiæ, in ornamentum seculi *formatæ Charites*;

Ex his Incomparabilis Minerva,

HENRIETTA CATHARINA,

GERSDORFII. HEROIS ILLUSTRISS.

BAR. ET IMPER. BANDERESSI,

(Quem hic nominasse satis est,

Cùm meritorum Ejus granditatem hæc non ferat scriptio,)

Pietate, Lingvis, Artibus, sine exemplo Conjux;

Alterâ, **RACHEL SOPHIA,**

Celsa animo **AMAZON**, nupta olim

Generosissimo **DN. JOH. GEORG. de SCHLEINITZ,**

DIVO ELECT. SAXONI à Consiliis secret. Direct. Cam.

Com. Cubic. Supr. rerum Censual. & Provincial.

Lud. Misens. Ephoro;

Ter.

* *Allud. ad Virg. Æn. l. 76. seqq.*

Tertia, MAGDALENE SIBYLLA,
 (Quam Venerem dixisses inter Virgines,
 Junonem inter Fœminas Illustriores,)

Per-Illustri DN GEORGIO RUDOLPHO
 De SHWEINITZ, LIB. BAR.
 ELECT. MAGNO FRIDER. WILHELMO
 A Consiliis Justit. Sereniss. PHILIPP.
 MARCH. BRANDENB. Gubernat.
 Et Canonico Magdeburg. elocato;

Quarta in spem maximam relicta Virgo,
CAROLOTTA JUSTINA, Baronissa;
 Quinta dudum suo redonata Cœlo.

Definant mirari secula *Metellum* unicum,
 A quatuor filiis, Prætore uno, tribus Consularibus,
 Illatum rogo Romæ.

Contumulatur FRISIUS Saxonie. Meccenas
 Ab Heroa Coniuge,
 Duobus Filiis Insignibus,
 Filiabus IV. Excellentiss.
 Nepotibus XIX.

Tantum non insolito his regionib. exemplo
 Convixit alter Coniugum cum alt.
 Per tot sine lite annos, adeò concorditer,
 Ut nullius cum Sorore Fratris contubernium
 Præsentiore semper pace uteretur.

* Non sic appositis vincitur viribus Ulmus,
 Ut sua erant Costæ brachia nexa sua.
 Per IV. supra XL. Annos

Continuè inter Principum ministeria exactos,
 Quot quantisque curis, morbis, & periculis obnoxius,
 Infractâ semper fide FRISIUS!
 MORS tandem imperans SUPREMA,
 Ad vasa colligenda conclamavit:

Mors, Mathematicus perversus, calculum invertit;
 Dum nos numeramus & multiplicamus Annos,
 Illa subtrahit & dividit.

Hinc pedetentim corrui
 Antiquæ Domûs Columen & Culmen,
 Avis decorum, Decus Avorum,
 Mense Julio adulto dejectus ad fatale stratum,
 Tenesmo superveniente viribus orbatus,
 Propter Diarrhæam fuit.

Non in Medicorum viribus, non in humanis
 Situm erat, superare metam.
 CAROLUS præsentiens Fatorum ordinem
 Solatia divina imploravit,
 Sancta miscuit cum Viris Entheis colloquia,
 SPENERO & CARPZOVIO;
 Cœlestibus inauguratus Evcharistic. per Sacrament.

Julio cadente valedixit suis:
 Novissimam salutem sigulis addixit.
 Sanctissimè, ut vixit, exspiravit Dresdæ,

B 2


Si-

* *Catullus in Epirhalam.*

Similis indormienti acqviscens,
 Mensis die undetricesimo, A. M. DC. XXCVI.
 Confectionem insolabilem reliquit omnibus,
 Memoriam posteritati immortalem.
 Cùm penè ipsa obrigesceret in lapidem
 UNIVERSITAS WITTEBERGENSIS,
 Gratisimorum testem animorum
 Lapidem loquentem fecit,
 Id est, stylo lapidario hoc Breviarium
 Inter Arbores has posuit,
 * *Quæ nec secula centies peracta,
 Nec longa cariem senectæ*
 Timent: Vidit aliam, hîc ponè germinantem,
 ** *Quæque viret semper, frondes & semper easdem
 Magna tenet, serâ longinqva ad fata senectæ.*
 * *Martial. de Cupress.* ** *Passerat. de Palma.*


†
 A
 &
 Ω

VITÆ. MORTIS.
 AUTORI. DEO.
 MEMORIÆQVE.
 SEMPITERNÆ.
 CAR. FRISII.
 HEROIS. SACRUM.
 CUIUS. INGENIUM.
 IN. ADOLESCENTE. LEUCORIS.
 IN. JUVENTE. HOLSATIA.
 IN. VIRILI. FLORE. PALATINAT.
 IN. PLENO. ROBORE. SAXONIA.
 IN. SENECTUTE. MISNIA.
 IN. OMNI. VITA. RELIQUA.
 IMPERIUM. HOC. SS. COLUIT.
 OB. EGREGIA. IN. REM. LITER.
 MERITA. BENEFICIAQVE. CONLATA.
 CUM. MARMOREAM. NON. POSSET. STATUAM.
 OBELISCUM. HUNG. ENCOMIASTICUM.
 AD. OBSERVANTIAM. PERPETUAM.
 UNIVERSI. CORPORIS. HONESTISS.
 ORDO. ACADEMICUS. CURAVIT. PONI.
 EXEQVENTE. KIRCHMAJERO.
 ANNO. ÆRÆ. CHRISTIANÆ.
 M. DC. LXXXVII.
 V. KALEND. FEBRUAR.




1









MI HONORES,
penitus INCOMPARAB.

OLO,
FRISEN,

, Geschwitzii & Ru-
æ DYNAST.

SAXON. ELECT.

ior. Proto-Synedr. Ecclef.
Supr. Lipf. Curia

LUSTRISS. ACA-

ITTEBERGENSIS

neac Autoritate

r perfoluti, Die,

MAGNO IMPER.

mortuali atq; Sacro,

Secrati, Anno cLo lvc XXCVII.

ASP. KIRCHMAJERO.

DRESDÆ,

S BERGENIANIS.

Ni 230 (17)

